

EMBLEMA XLVIII.

Vitia abrumpenda.

XLVIII.

Breue sit, quod turpiter audes.

Nemo, cui constans finxit præcordia virtus,
 Quo grauitè lædat numina, crimen amat.
 Est expulsa tamen vitiis vbi cessit honestas,
 Et victæ regimen crimina mentis habent.
 His bene præcipitur, breue sit, quod turpiter audes:
 Ne firment longæ crimina dira moræ.
 Sæpius ingenuum tollunt iterata pudorem,
 Culpaque radices continuata iacit.
 Si culpa admissa est, patet indulgentia culpæ,
 Etcitò mutari noxia vita potest.

Nil